

Franckesche Stiftungen zu Halle

Memoria Theologorum Wirtembergensium Resuscitata, h.e. Biographia Præcipuorum Virorum, qui à tempore Reformationis usque ad hanc nostram ætatem ...

Accessit Elenchus Scriptorum tum editorum, tum in Manuscriptis latentium cum
Supplementis atque Indicibus necessariis

Fischlin, Ludwig Melchior

Ulmæ, Anno M.DCC.X.

VD18 90845382

[Henricus Rentzius]

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:hbz:5:1-216309

Scripta.

Concio fun. in funere Ducis Christophori ex Job. X.
27. 29. Tub. 1569. 4.

It. in funere Ludovici, Ducis Wirtemb. ex Job. XII.
Tub. 1593. 4.

Conc. fun. in obitum Catharina Breunningæ, ex
Job. III. 16 Tub. 1590. 4.

Dedicatio & Præfatio in Tomum II. Operum J. Bren-
tii. Tubingæ. 1570. fol.

Nat. 1529. Clar. 1567. Obiit 1601. **H**ENRICUS RENTZIUS, Cœno-
bii ad D. Georgium Abbas, Win-
spergæ, oppido Ducatus Wirtembergici,

natus est die Laurentii An. Chr. 1529.
Patre Ulrico Rentzio, Cellario, Matre Euphrosynâ
Megenhartiâ. Cum in Schola patriâ literarum pri-
mitias percepisset, Pater filio huic suo studiis desti-
nato stipendium à Dom. Winspergæ obtinuit, eum-
que Episcopo Herbipolensi in Sacris confirmandum
præsentavit; nam Canonicus quidam Backnangæ
habitans, ortu Megenhardus, Henricum suum, si
sacris operam daret, hæredem sibi destinaverat. Is
verò cum percepisset, cognatum à Patre suo Ulrico
post ortam Evangelii lucem, in Academiam Tu-
bingensem missum fuisse, ira exardescens agnatam
suam, Henrici Rentzii Matrem, Testamento mu-
tato prorsus ab hæreditate exclusit. Missus autem
à Parentibus in Pædagogium Stuttgardianum, in eo
studiis insudavit usque ad Annum 1547. quo reform-
atis à Duce Ulrico Ecclesiis Wirtembergicis, in Aca-
demiâ

den
dian
Bac
ren
pete
men
bun
stor
inde
Aca
Th
spli
Pat
mi
de
Pen
giu
fuit
etia
quo
Eva
non
labo
suo
usq
pte
Fric
Ger
lexa
stor
Gra
qua

demiam] Tubingensem promotus, & Ducis Stipendiarius fuit associatus; *Ibid.* 7. Martii Anno 1548. Baccalaureus, & 4. Febr. 1551. Magister artium renunciatus, mox Inspector Stipendiariorum & Repetens factus est. An. 1554. Ecclesiæ Brackenheimensis Diaconus, per triennium ibi cœlebs Verbum Dei docuit. An. Chr. 1557. Promotus ad Pastoratam Lustnaviensem, Tubingæ vicinam. Exinde Lectiones & Disputationes Theologicas, in Academia Tubingensi sedulus accessit, Doctoris Theol. gradum assumere cupidus. Id cum Patri displicuisset, Anno 1560. Lustnavia discedens, in Pastoratam Winnendensem, à Duce clementer admissus, ultra septennium Ecclesiam illam cum laude docuit, usque dum Anno 1567. circa Festum Pentecostes Abbas & Prælatus Cœnobii ad S. Georgium, unaque Ducis Wirtembergici Consiliarius fuit denominatus. Cum verò Superintendentis etiam Specialis munus ipsi fuisset inunctum, bis quotannis, Abbas ipse secundus Cœnobii Georgiani Evangelicus, Ecclesias sibi vicinas cum Cœnobii nondum penitus à Papatu reformatis, magno cum labore visitavit, Scholasque direxit. In Munere suo Ecclesiastico fidelem se præbuit Dei Ministrum, usque ad Annum Christi 1599. ætatis 70. quo propter Senium debilitatus, à Duce Wirtembergico Friderico, clementer dimissus, Nürtingam ad Generum & Filia Suae Eleonoræ Maritum, M. Alexandrum Wolfarthum, Ecclesiæ Nürtingensis Pastorem se contulit. Cum Coniuge Sua Casparis Græteri Concionatoris Aulici Filia 44. annos exegit, quæ 5. Filios & 9. Filias ei peperit, è quibus duos
Filios

Filios reliquit superstites, M. Ernestum Rentzium, Pastorem Ecclesiæ Echterdingensem, & M. Ottonem Johannem, Theologiæ Studiosum & Stipendiarium Tubingensem. Sex verò filias vivens totidem Theologis elocavit, generis suis, M. nimirum Jacobo Lüblero Concionatori Ratisbonensi, M. Alexandro Wolfartho, Pastori Nürtingensi, M. Alexandro Veringero, Pastori Rosenfeldensi, M. Petro Mendlino, Pastori Heiningensi, M. Jacobo Bioffio, Pastori Büßingensi, & M. Johanni Henrico Crebero, Pastori Dachtelensi. Viribus tandem sensim consumptis, paucis ante obitum horis sopore profundo obrutus, placidè obdormit Nürting. d. 2. Septembris, Anno Christi 1601. ætatis 72. Concionem Funebrem ex Gen. 47. v. 7. 8. 9. 10. habuit Henricus Dauber, Diaconus Nürtingensis. Distichon Numerale continens Annum, Mensē, & Diem Obitus composuit Daniel Cober, Discipulus:

5. *ALtera LUX Vbi septembris sub sole resVLst,*
OCCVbVLt Letho RentziV ILLe pater.

Præco, Pater, Servus; sonui, fovi, coluique
Sacra, Scholam, Christum; Voce, rigore, fide.

Ortum, artem, Cathedram; Weinsperga, Tubinga,
Georgus;

Dat, tribuit, mandat; Corpore, mente, fide.

Tamam, Animam, Corpus; dispergit, recreat, abdit;
Virtus, Christus, humus; laudē, salute, finu.

vid. post Concionem Funebr. etiam Freheri Theatr. III.
 Viror. P. I. Sect. 3. p. 32. & Serpillii Epitaph. Theolog.
 Suevix. p. 55.

BALTHA-